

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber II.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN II. VALER
FLACC. LIBR. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.



Larus ab Acolio spiramine liber Iason
Navigat: Hagnia des trepidantia pectora
firmat.
Ingratā Veneri puppis vulcanida Lemnon
Tuta petit: Generisq; dorō concepta virilis
Fata recensentur; vetiti reparantur amores.
Excitat Alcides animos: residumq; quietem
Indignam juvenum damnat, sic ad æquora cursus
Ingemit Hypsipyle: felix Samothracia sacris
Linquitur. E sinoen mediis Tirynthius undis
Liberat Alcides, solatur Iasona Phryxi
Diva soror: socias conjungunt fœdere dextras
Cizycus: Argolicisq; duces sub tecta recepti.

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON

LIBER II.

INtereâ scelerum, luctusq; ignarus Iason
Alia secat. neq; enim patrios cognoscere casus
Juno sinit; mediis ardens ne flectat ab undis;
Ac temerè in Pelian, & adhuc obstantia regis
Fata ruat; placitosq; deis neu deserat actus.
Jamq; fretis summas equatum Pelion ornos,
Templaq; Pisca mergunt obliqua Diane.

Jane

*Jam Sciathos subsedit aquis: jam longa recessit
 Sepias: attollit tondentes pabula Magnes
 Campus equos: vidisse putant Dolopeia busta, 10
 Intransentq₃ Amyron curvas quesita per oras
 Equora: flumineo cuius redeuntia vento
 Vela legunt: remis insurgitur. inde salutant
 Eurymenas. recipit velumq₃ fretumq₃ reversum
 Auster: & in nubem Minyis repetentibus al. um, 15
 Ossa redit. metus ecce deum, damnataq₃ bello
 Pallene; circumq₃ vident immania monstra
 Terrigenum caelo quondam adversata gigantum;
 Quos scopulis, trabibusq₃ parens miserata jugisq₃
 Induit, & versos exstruxit in athera montes. 20
 Quisq₃ suas in rupe minas, pugnamq₃, metusque,
 Servat adhuc: quatit ipse hiemes, & torquat ab
 alto*

*Fulmina crebra pater: scopulis sed maximis illis
 Horror adest, Sicula pressus tellure Typhoeus.
 Hunc profugum, & sacras revomentem pectore 25
 flammis,*

*Ut memorant, prensu ipse comis Neptunus in alto
 Abstulit, implicuitq₃ vadis: totiensq₃ cruenta
 Mole resurgentem, torquentemque ignibus undas
 Sicanium dedit usq₃ fretum; cumq₃ urbibus Aetna
 Intulit ora premens: trux ille, eiecit adesi 30
 Fundamenta jugi; pariter tunc omnis anhelat
 Trinacria, injectam fesso dum pectore molentem
 Commovet experiens, gemituque reponit inani.
 Jamq₃ Hyperionius metas maris urget Iberi*

- 35 *Curri, & cuncta prono laxantur habene
 Aethere; cum palmas Tethys grandeva, sinuq;
 Sustulit, & rupto sonuit sacer equore Titan.
 Auxerat hora metus, jam se vertentis olympi:
 Ut faciem, raptosq; simul montesque locosque*
- 40 *Ex oculis, circumque graves videre tenebras;
 Ipsa quies rerum, mundi que silentia terrent;
 Astraque, & effusis stellatus crinibus aether.
 Ac velut ignota captus regione viarum,
 Noctiuagum qui carpit iter; non aure quiescit,*
- 45 *Non oculis; noctisque metus niger auget utrunque
 Campus, & occurrens umbris majoribus arbor.
 Haud aliter trepidare viri. sed pectora firmans
 Hagniades, Non hanc, inquit, sine numine pinum
 Dirigimus: nec me tantum Tritonia cursus*
- 50 *Erudit; sepe ipsa manu dignata carinam est.
 At non experti, subitus cum luce fugata
 Horruit imbre dies! quantis, pro Juppiter, Austris
 Restitimus! quanta, quotiens & Palladis arte
 In cassum decima cecidit tumor arduus unda!*
- 55 *Quin agite o socii; micat immutabile coelum,
 Puraque nec gravido surrexit Cynthia cornu;
 Nullus in orbe rubor; certusque ad talia Titan,
 Integer in fluctus, & in uno decidit Euro,
 Adde quod in noctem venti veloque marique*
- 60 *Incumbunt magis: it tacitis ratis ocior horis.
 Atq; adeo non illa sequi mihi sidera monstrant,
 Quae delapsa polo reficit mare: tantus Orion
 Jam cadit; irato jam stridet in equore Perseus:*

*Sed mihi dux, vetitis qui numquam conditur
undis,*

Axe nitet serpens: septenosque implicat ignes. 65

*Sic ait: & certi memorat qui vultus Olympi,
Pleiones, Hyadumq; locos; quo sidere vibret
Ensis, & Abteus niteat qua luce Bootes.*

*Hec ubi dicta dedit; Cereris tum munere fessas
Restituunt vires, & parco corpora Baccho: 70*

Mox somno cessere: regunt sua sidera puppem.

Jamq; sub Eoe dubios Atlantidis ignes

*Albet ager: motisq; truces ab ovilibus urfi
Tuta domosq; petunt: raras & litus in altum
Mittit aves; cum primus equis exegit anhelis 75*

Phœbus Athon, mediasq; diem disperfit in undas.

Certatim remis agitur mare: rostraque cursu

Prima tremunt: & iam summis Vulcania surgit

Lemnos aquis, tibi per varios defleta labores

Ignipotens: nec te Furiis & crimine matrum 80

Terra, fugæ meritiq;ue piget meminisse prioris.

Tempore quo primum fremitus insurgere opertos

Cœlicolum, & regni sensit novitate tumentes

Iupiter; ætheria nec stare silentia pacis:

Iunonem volucris primam suspendit Olympo, 85

Horrendum chaos ostendens, penamq; baratri.

Mox etiam pavida tentantem vincula matris

Solvere, prærupti Vulcanum vertice cœli

Devolvit: ruit ille polo, noctemq; diemq;ue

Turbinis in mortem; Lemni cum litore tandem 90

Insonui: vox inde repens ut perculit urbem,

Accli-

Acclivem scopulo inveniunt, miserentq; fouentq;
 Alternos egro cunctantem poplire gressus.
 Hinc rediit, superas postquã pater annuit arces,
 95 Lemnos cara deo: nec fama notior Aetne
 Aut Lipares domus, has epulas, hæc templa, per-
 acta.

Aegide, & horrifici formatis fulminis alis
 Letus adit. contra, Veneris stat frigida semper
 Ara loco; meritas postquam dea coniugis iras
 100 Horrui, & tacite Martem tenuere catena.
 Quo circa struit illa nefas: Lemnoque morenti
 Exitium furiale movet: neq; enim alma videri
 Jam tum ea, cum tereti crimem subnectitur auro
 Sidereos diffusa sinus; eadem effera & ingens,
 105 Et maculis suffecta genas, pinumq; sonantem
 Virginibus Stygiis, nigramq; simillima palmam.
 Jamq; dies aderat, Thracas qui fuderat armis:
 Dux Lemni, puppes tenui contexere canna
 Ausus, & inducto cratem defendere tergo;
 110 Leta mari tum signa refert: plenasq; movebant
 Armentis, nurbusq; rates, & barbara vestis,
 Et torques insigne loci. sonat equore clamor:
 O patria, o variis conjunx nunc anxia curis,
 Has agimus longi famulas tibi premia belli,
 115 Cum dea se piceo per sudum turbida nimbo
 Precipitat; famamque vagam vestigat in umbra:
 Quam pater omnipotens digna atque indigna can-
 nentem,
 Spargentemque metus; placidis regionibus arceæ
 Aethæ.

*Aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,
 Non Erebi, non diua poli: terrasque fatigat* 120
*Quas datur: audentem, primi spernuntq; fouentq;
 Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.
 Talem diua sibi sceleris que dolique ministram
 Querit auens. videt illa prior; jamq; aduolat ulro
 Impatiens: iamque ora parat; iam suscipiat aures.* 125
*Hanc superincendit Venus; atq; his vocibus im-
 plet:*

*Vade, age, ad equoream virgo delabere Lemnon,
 Et cunctas mihi verte domos: praecurrere qualis
 Bella soles; cum mille tubas, armataque campis
 Agmina, & innumerum flatus confingis equorum:* 130
*Affore iam luxu, turpique cupidine captos
 Fare viros, carasque thoris inducere Thressas
 Hinc tibi principia; hinc rabidas dolor undiq;
 matres*

*Instimulet: mox ipsa adero, ducamq; parasas.
 Illa abit, & mediam gaudens deseritur in urbem:* 135
*Et primam Eurynomen ad proxima limina Cocchi
 Occupat, exesam curis, castumque cubile
 Seruantem: manet illa viro; famulasque fatigat
 Litoribus: tardi reputant que tempora belli
 Ante thorum, & longo mulcent insomnia penso.* 140
*Huic dea cum lacrimis, & nota veste Neere
 Ista genas, Vtinam non hic tibi nuntius essem
 O soror; aut nostros, inquit prius unda dolores
 Obruat; in tali quoniam tibi tempore conjunct
 Sis merita; voris quem tu sletuque requiris:* 145

Hex

Heu furit, & capta indigno famulatur amore.
Iamq; aderunt: thalamisq; tuis Threïssa propin-
quat;

Non fama, non arte colus non laude pudoris
Par tibi; nec magni proles præclara Dorychis;
150 Picta manus, vstoque placet sed Barbara mento.
Attamen hos tales forsân solabere casus.

Tu, thalamis, fatoque legens meliore penates.
Me tua matris egens, damnataque pelice proles
Exanimat; quã iam miseros transversa iuentem,
155 Letales que dapes, infectaque pocula cerno.

Scis sumus ut similes: flammis: genus adde cruenis
Quod patrium servire dabis: iam lacte ferino
Iam veniet durata gelu, sed me quoque pulsam
Fama viro: nostrosque thoros virgata tenebit
160 Et plaustro direpta nurus, sic fata, querelas
Abscidit: & curis pavidam lacrimisque reliquit.
Transit ad Iphinoën: hisdemq; Amithaonis
implet,

Olenique domum Furijs, totam inde per urbem
Personat: ut cunctas agitent expellere Lemnos;
165 Ipsi urbem Thresseque regant. dolor iraq; surgit:
Obvia quæq; eadem retrahitq; auditq; neg; ulli
Vana fides, tum voce deos, tum questibus implent.
Oscula iamq; thoris, iamque oscula postibus ipsi
Ingeminant: lacrimisq; iterum visuque morantur:
170 Profiliunt; nec tecta virum, thalamosq; reuisunt,
Amplius: agglomerant sese, nudisque sub astris
Condense fletus acunt; ac dira precantur

Coniugia, & Stygias infanda ad fœdera tædas.
 Has inter medias, Dryopes in imagine mœste
 Flet Venus: & seuis ardens dea planctibus instat. 175
 Primaque: Sarmaticas utinam fortuna dedisses
 In sedisse domos, tristesque habitasse pruinas,
 Plaustra sequi; vel iam patria vidisse per ignes
 Fulmen agi, stragemque deum nam cetera belli
 Perpetimur. me ne ille novis, me destinat amens 180
 Servitiis, urbem ut fugiens natosque relinquam?
 Non prius ense manus, raptoque armabimur igne?
 Dumq; silent, ducuntq; novâ cum coniuge somnos.
 Magnum aliquid spirabit amoritunc ignea torquet
 Lumina, precipites excussit ab ubere natos. 185
 Illicet arrecte mentes, evictaque matrum
 Corda: sacer Veneris gemitus rapit. æquora cuncta
 Prospiciunt: simulantque choros; delubraque festa
 Fronde tegunt; lætaque viris venientibus assunt.
 Jamq; domos, mensasq; petunt; discumbitur altis 190
 Porticibus: sua cuique furens festinaque coniunx
 Adiacet. inferni qualis sub nocte baratri
 Accubat. attonitum Phlegyam & Thesea iuxta
 Thesiphone: sevasque dapese & pocula libat;
 Tormenti genus: & nigris amplectitur hydris. 195
 Ipsa Venus quassans undantem turbine pontum
 Agglomerat tenebras: pugneq; accincta tremētem
 Desilit in Lemnon: nimbisq; & luce fragosa
 Prosequitur polus: & tonitru pater auget honoro.
 Inde novam pavidas vocem furibunda per auras 200
 Cogeminar: qua primus Athos, & pontus, & ingens
 Thra-

- Thracia palus, pariterq; thoris exhorruit ornata
 Mater: & astricto riguerunt ubere nati.
 Accelerat pavor, & Geticis discordia demens
 205 Estabulis, atreque genis pallentibus ira,
 Et dolus, & rabies: & levi major imago
 Visa truces exserta manus; ut prima vocato
 Intonuit, signumq; dedit Mavortia conjunx.
 Hic aliud Venus, & multo magis ipsa tremendum
 210 Orsa nefus: gemitus fingit, vocesque cadentum:
 Irrupitque domos: & singultantia gestans
 Ora manu, taboque sinus perfusa recenti,
 Arrectasque comas: Meritos en prima revertor
 Ultra thoros: premit ecce dies, tum verberere ductas,
 215 In thalamos agit, & cunctantibus invenit enses.
 Unde ego tot scelerum facies, tot fata jacentum
 Exsequar? heu vatem monstris quibus intulit ordae
 Que se aperit series? o qui me vera canentem
 Sistet, & hac nostras exsolvat imagine noctes?
 220 Invadunt aditus, & quondam cara suorū
 Corpora: pars, ut erant, dapibus vinoque soporos;
 Pars conferre manus etiam, magnisque parata
 Cum facibus; quosdam insomnes & cuncta tuentis
 Sed tentare fugam, prohibetque capessere contra
 225 Arma metus. adeo ingentes inimica videri
 Diva dabat: notaque sonat, vox conjuge major
 Tantum oculos pressere metu; velut agmina cer-
 nant
 Eumenidum, ferrumve super Bellona coruscet.
 Hoc soror, hoc conjunx, propiorque hoc nata, pa-
 rensque

Seua valet: prensosq; thoris mactatq; trahitq; 230
 Fœmineum genus: inmanes quos sternere Bessi,
 Nec Getica potuere manus, aut æquoris ira.
 His cruor in thalamis, & anhela in pectore fumât
 Vulnera; seque thoris misero luctamine trunci
 Deuoluunt: diras aliæ ad fastigia tædas
 Iniciunt, adduntque domos: pars ignibus atris 235
 Effugiunt propere; sed dirâ in limine conjunx
 Obsidet, & viso repetunt incendia ferro.
 Ast aliæ, Thressas labem causamque furoris
 Diripiunt. mixti gemitus, clamorque precantum 240
 Barbarus, ignotæque implebant æthera voces.
 Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus ausis
 Ora feram, decus & patriæ laus una ruentis,
 Hypsipyle? non ulla meo te carmine dictam
 Abstulerint, durent Latiis modò secula fastis, 245
 Iliaci que lares, tanti que palatia regni.
 Irruerant actæ, pariter natæque nurusque;
 Totaque iam sparsis exarserat insula monstris:
 Illa piæ armata manus, Fuge protinus urbem
 Meque pater: non hostis, ait, non mœnia lesi 250
 Thraces habent; nostrum hoc facinus, ne quere
 quis auctor.
 Iam fuge, iam dubiæ donum rape mentis, & ensem.
 Tu potius misera retine. tunc excipit artus,
 Obnubiq; caput, tacitumq; ad conscia Bacchi
 Templarapit: primog; manus à limine tendens, 255
 Exime nos sceleri pater, & miserere piorum
 Rursus, ait. tacita pavidum tunc sede locavit

- Sub pedibus, dextraq; dei. laetor ille receptus
 Veste sacra; voces chorus & trieterica reddunt*
 260 *Aera sonum: fixaq; fremunt in limine tygres.
 Regina ut roseis auroram surgere bigis
 Vidit, & in somni lassatas turbine tandem
 Conticuisse domos; stabilem quando optima facta
 Dant animum, maiorq; piis audacia caeptis;*
 265 *Serta patri, iuuenisq; comas, vestesq; Lyei
 Induit; & medium curru locat; eraq; circum,
 Tympanaq; & plenas tacita formidine cistas.
 Ipsa sinus, hederisq; ligat famularibus artus:
 Pampineamq; quatit ventosis ictibus hastam,*
 270 *Respicens; teneat virides velatus habenas
 Ve pater, & nivea tumeant ut cornua mitra,
 Et sacer ut Bacchum referat, scyphus, impulit
 acri
 Tum validas stridore fores irapiturq; per urbem
 Talia voce canens: linque o mi cade madentem*
 275 *Bacche domum; sine fedatum te funere pontus
 Expiet; & referam lotos in templa dracones.
 Sic medios egressa metus: facit ipse verendam,
 Nam deus, & flatu non inscia gliscit anbelo.
 Jamq; senem tacitis seua procul urbe remotum*
 280 *Occulerat, filius: ipsam sed conscius ausi
 Nocte dieq; panov, fraudataq; turbat Erinnyis.
 Non similes iam ferre choros (semel orgia fallunt)
 Aude, non patriis bustis accendere saltus:
 Et fuga diuersas misero querenda per artes.*
 285 *Visa ratis, saeuae defecta laboribus unde,*

Quam Theridi longinqua dies Glaucog³ repostam
 Solibus, & canis urebat luna pruinis;
 Huc genitorem, alta per opaca silentia noctis,
 Precipitem siluis rapit; & sic mœsta profatur:
 Quam genitor patriam? quantas modò linqvis 290
 inani

Puppe domos? prò dira lues, prò noctis acerba
 Exitium! talin' possum te credere puppi
 Care parens? possum tantis retinere periclis?
 Solvimus heu miserum furtis scelus. annue votis
 Diva, soporiferas qua nunc trahis equore bigas. 295
 Non populos, non dite solum, non ulla parenti
 Regna peto: patria liceat, decedere terra.

Quando ego servato mediam genitore per urbem
 Leta ferar? quando hic lacrimas planctusq³ vide-
 Dixerat, ille procul trunca fugit anxius alno; (bo? 300
 Taurorumq³ locos, delubraq³ seu a Diana
 Advenit: hic illum tristi dea præscis aræ
 Ense dato, mora nec terris tibi longa cruentis
 Jam nemus Egerie, iam te ciet altus ab Alba
 Jupiter, & soli non mitis Aricia regi. 305

Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrū
 Congruerat: rauco fremitu sedere parentum,
 Natorumq³ locis: vacuaq³ in mœnibus urbis
 Jura novant: donant solio, sceptrisq³, paternis
 Vt meritam; redeuntq³, pie sua premia menti. 310
 Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
 Arma notant: rapitur subito regina tumult,
 Conciliumq³ vocat, non illis obuia tela

- Ferre, nec infestos deerat furor improbus ignes:
 315 Ni Veneris saevas fregisset Mulciber iras.
 Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.
 Non patriam, non certa genus, sed maxima Cete
 Proteaq; ambiguum Pharii se patris ab antris
 Huc rexisse vias, iunctis super æquora phocis:
 320 Sæpe imis se condit aquis, cunctataq; paulum
 Surgit, ut auditas referens in gurgite voces:
 Portum demus, ait, hæc hospita, credite, puppis
 Adueniet: leuior Lemno deus æquore flexit
 Huc Minyas: Venus ipsa volēs dat tempora jungi,
 325 Dum vires utero, maternaq; sufficit ætas.
 Dicta placent: portatq; preces ad litora Grai
 Iphinoë: nec turba nocens, scelerisq; recentis
 Signa movent; tollitq; loci Cytheræa timorem.
 Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
 330 Deicit: infuetis & jam pia munera templis
 Reddit: & hac prima Veneris calet ara iuuenta.
 Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
 Fumant saxa iugis, coquiturq; vaporibus æer:
 Substitit Aesonides: atq; hic regina precari
 335 Hortatur: causasq; docens: Hæc antra videtis,
 Vulcaniq; ait, ecce domos: date vina precesq;
 Forsitan hoc factum taceat, jam fulmen in antro;
 Nox dabit ipsa fidem: clausæ cum murmura flâma
 Hospes, & incusse sonitum mirabere masse.
 340 Mœnia tum, viresq; loci, veteresq; parentum
 Iactat opes. mediis famule conuiuia rectis
 Expediunt: Tyrio vibrat thorus igneus ostro.

Stat mœrens atavos reges, regesq; maritōs
 Thressa manus, quæcumq; faces timuisse iugales
 Credita, nec domine sanctum tetigisse cubile. 349
 Iam medio Aesonides, iam se regina locavit,
 Post alii proceres: sacris dum vincitur exitis
 Prima fames; circum pateris it Bacchus, & omnis
 Aula filet: dapibus cœptis mox tempora fallunt
 Noctis, & in seras durant sermonibus umbras, 350
 Precipueq; ducis casus mirata requirit
 Hypsipyle, quæ fata trahant, quæ regis agat vis,
 Aut unde Hæmonia molem ratis: vnius hæret
 Alloquio, & blandos paulatim colligit ignes,
 Iam non dura thoris, Veneri nec iniqua reuerse. 355
 Et deus ipse moras, spatiumq; indulget amori.
 Pliada lege poli nimboſo moverat, astro
 Jupiter, æternum voluens opus; & simul undis
 Cuncta ruunt: vnog; dei Pangæa sub ictu,
 Gargarag; & mœsti steterant formidine luci. 360
 Senior haud alio mortales tempore gentes
 Tortor agit: tunc urget enim, tunc flagitat iras
 In populos Astræa Jovem; terrisq; relictis
 Invocat, assiduo Saturnia sidera questu.
 Insequitur riger, & magnis cum fratribus Eurus 365
 Intonat, Aegæo: tenditq; ad litora pontus.
 Et lunam quarto densam videt imbribus ortu
 Thespiades, longus cœptis & fluctibus arcet
 Quem metus; usq; novos divæ melioris ad ignes.
 Vrbe sedent leti Minya, viduisq; vacantes 370
 Indulgent thalamis; nimbosq; educere luxu:

- Nec iam velle vias: Zephyrosq; audire vocantes
 Dissimulant; donec resides Tyrrinthius Heros
 Non tulit; ipse rati inuigilans atq; integer, urbis
 375 Inuidisse deos tantum maris equor adortis,
 Desertasq; domos, fraudatq; tempore segni
 Vota patrum: quid & ipse viris cunctantibus assu?
 Omiseri, quicumq; tuis accessimus actis;
 Phasin & Aeteten, Scythiciq; pericula ponti,
 380 Redde, ait, Aesonide: me tecum solus in equor
 Rerum traxit amor, dum spes mihi sistere montes
 Cyaneos, vigilemq; alium spoliare draconem.
 Si sedet Aegaei scopulos habitare profundi;
 Hoc mecum Telamon peraget meus. haec ubi dicta:
 385 Haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
 Quam bellator equus, longa quem frigida pace
 Terra iuvat brevis; in leuos piger angitur orbes:
 Frena tamen dominumq; velit; si Martius aures
 Clamor, & obliti rursus fragor impleat eris.
 390 Tunc Argum, Tiphymq; vocat: pelagoq; parari
 Praecipitat, petit ingenti clamore magister
 Arma, viros, pariter sparsosq; in litore remos.
 Exoritur nouus urbe dolor, planctusq; per omnes
 Et facies antiqua domos, sibi moenia linqui
 395 En iterum: & quando natorum tempora gentem
 Qui recolant, qui scepra gerant? nunc triste nefanda
 Noctis opus: vidui nunc illa silentia tecti.
 Sedvit amor, thalamos excussaq; vincla quod ausu
 Imbuere, atq; iterum tales ammittere curas:
 400 Ipsa quoque Hypsipyle subitus per litora cursus

Ut vidit, totaq; viros decedere Lemno;
 Ingemit, & tali compellat. Iasona questus
 Famne placet primo deducere vela sereno
 Carinus ò mihi patre caput? modò seua quierunt
 Aequora? sic portus fugeret ratis, aspera si te
 Plias in aduersa tenuisset litore Thraces?
 Ergo moras cælo cursumq; tenentibus undis
 Deuimus, dixit lacrimans: hæsurag; caro
 Dona duci, promit clamidem, coxtosq; labores.
 Illic seruari genitoris conscia sacra
 Pressit acu, currusq; pios: stant seua pauentum
 Agmina, dantq; locum: viridis circum horrida
 tela

405

410

Silua tremit: mediis refugit pater anxius umbris.
 Pars & frondosæ raptus expresserat. Ida,
 Illustremq; fugam pueri: mox æthere letus
 Astabat mensis; quin & Jovis armiger, ipse
 Accipit à Phrygio iam pocula blanda ministro.
 Tunc enses, notumq; ferens insigne Thoantis,
 Accipe, ait, bellis mediæq; ut puluere pugne
 Sim comes, Aetnei genitor que flammea gessit
 Dona Dei, nunc digna tuis adiungier armis.
 I, memor, i terra, que vos amplexa quiero
 Prima sinu; refer & domitis à Cotchidos oris
 Vela, per hunc, utero quem linquis Iasona nostro.
 Sic ait, Hæmonii labens in colla mariti.
 Nec minùs Orphea tristis cervice, tuaque
 Aeacide, & gemino coniunx à Castore pender.
 Has inter lacrimas legitur piger uncus harenis:

415

420

425

- Iam remi rapuere ratem, iam flamina portantis
 430 Spumæ subsequitur fugientis semita clauis.
 Tunc tenuis Lemnos; transiitq; Electria tellus
 Threiciis arcana sacris: hic numinis ingens
 Horror, & incautus decreta piacula linguis.
 Hanc demissa Joui non umquam ledere fluctu
 435 Audeat hiems: sponte ipse deus tunc asperat undas,
 Cum vetat infidos sua litora tangere nautas.
 Obuius at Minyas, terris aditusq; sacerdos
 Excipit, hospitibus referans secreta Thyotes.
 Hactenus in populos, vates, Samothraca, diemq;
 440 Missa; mane: sacrisq; metum seruemus operis.
 Illi sole nouo læti, pleniq; deorum
 Considunt transtris. iam quas prouiderat urbes
 Nauita, condebat: prorogq; accesserat. Imbros:
 Et Sol aetherias mediis conscenderat arces.
 445 Thessala Dardaniis tunc primum puppis harenis
 Appulit, & fatis Sigeo litore sedit.
 Desiliunt; pars hinc leuibus candentia velis
 Castra leuat: tracto pars frangit adorea saxo
 Farra: citum stridit alius de cautibus ignem
 450 Ostendit foliis, & sulfure pascit amico.
 Alcides Telamonq; comes, dum litora blando
 Anfractu sinuosa legunt; vox attingit aures
 Flebile succedens cum fracta remurmurat unda.
 Attoniti pressere gradum; vacuumq; sequuntur
 455 Vocis iter: iam certa sonat, desertaq; dura
 Virgo neci: quem non hominum superumque vo-
 cabat. ?

Acrius hoc instare viri; succurrere certi.
 Qualiter, implevit gemitu cum taurus acerbo
 Auia, frangentem morsu super alta leonem
 Terga ferens; coit è sparso concita mapali 460
 Agrestum manus, & cæco clamore coloni.
 Constitit Alcides; visusq; enisus, in alta
 Rupe, truces manicas, defectaq; virginis ora
 Cernit, & ad primos surgentia lumina fluctus.
 Exanimum veluti multa tamen arte coactum 465
 Mœret ebur; Pariusue notas & nomina sumit
 Cum lapis; aut liquidi referunt miranda colores.
 Ductor ait: Quod, virgo, tibi nomenq; genusq;
 Quæ mors ista, doce, tendunt cur vincula palmas.
 Illa tremens, tristiq; oculos dejecta pudore, 470
 Non ego digna malis, inquit; suprema parentum
 Dona vides, ostro scopulos, auroq; frequentes.
 Nos Ili veteris quondam genus; inuida donec
 Laomedonteos fugeret fortuna penates.
 Principio, morbi cœloq; exacta sereno 475
 Temperies; arsere rogis certantibus agri:
 Cum subitus fragor, & fluctus Idæa mouentes
 Cum stabulis nemora: ecce, repens cōsurgere ponto
 Bellua, monstrū ingens; hanc tu nec montibus illis,
 Nec nostro metire mari, primæua furenti 480
 Huic manus, amplexus inter, plāctusq; parentum
 Deditur. hoc sortes, hoc corniger imperat Hammō
 Virgineam damnare animam, sortitaq; Lethen
 Corpora: crudelis scopulis me destinat, urna.
 Verum ò iam redeunt Phrygibus si numina, tuque 485
 Ille

- Ille ades auguriis promisse, & sorte deorum;
 Iam cui candentes votivo in gramine pascit
 Cornipedes genitor, nostra stata dona salutis,
 Annue: meq; precor, defectaq; Pergama monstra
 490 Eripe: namq; potes; neq; enim tam lata videbam
 Pectora, Neptunus muros cum iungeret astris;
 Nec tales humeros, pharetramq; gerebat Apollo
 Auxerat hec locus, & facies mæstissima capti
 Litoris, & tumuli, cælumque quod incubat, urbi.
 495 Quale laborantis Nemees iter, aut Erymanthi
 Vidit, & infecte miseratus flumina Lerne,
 Dat procul interea signum Neptunus: & unâ
 Monstriferi mugire sinus; Sigeaque pestis
 Agglomerare fretum: cuius stellantia glauca
 500 Lumina nube tremunt, atq; ordine curva trisulco
 Fulmineus quatit ora fragor; pelagoque remenso
 Cauda redit, passosque sinus rapit ardua ceruix.
 Illam incumbentem per mille volumina, pontus
 Prosequitur lateri assultans; trepidisque ruentem
 505 Licoribus sua cogit hiems, non fluctibus aquis
 Nubiferi uenit unda Noti, non Africus alto.
 Tantis ovat, patriisq; manus cum plenus habent
 Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
 Ecce ducem placite Furiis crudescere pugna
 510 Surgentemq; thoris stupeo, inmanemque paratu
 Acacides; pulsentque graves ut terga pharetre.
 Ille patrem, pelagique deos, suaq; arma precatur
 Insiluit scopulo; mox unque è sedibus equor:
 Horrui & celsi spatiosa volumina monstri.

Qualis

Qualis ubi à gelidi Boreas convallibus Hebrì 518
Tollitur, & volucres Riphæa per ardua nubes,
Præcipitat, piceo nec dum tenet omnia cælo.
Ille simul molem horrificam, scopulosaque terga
Promovet, ingentiq; umbra subit; intremere Ide
Illidique rates, pronaque resurgere turres. 520
Occupat Alcides arcum, totaque pharerræ
Nube premit, non illa magis, quam sede movetur
Magnus Eryx, deferre velint quæ vallibus imbres.
Jam brevis, & telo volucris non utilis aer.
Tum verò fremitus, vanique insania cœpti, 525
Et tacitus pudor, & rursus pallefcere virgo.
Proicit arma manu, scopulos vicinaque saxa
Respicit; & quantum ventis adiuta vetustas
Impulerit, pontive fragor, tantum absceidit imi
Concutiens à sede maris. iamque agmine toto 530
Pistris adest, miseraque inhiat iam proxima
præda.
Stat mediis elatus aquis, recipitque ruentem,
Alcides: saxoq; prior surgentia colla
Obruit: hinc vastos nodosi roboris ictus
Congeminat, fluctus defertur bellua in imos, 535
Iam totis resoluta vadis. Ideaque mater
Et chorus, & summis ulularunt collibus amnes.
Procinus è scopulis, & opaca valle resurgunt
Pastores, magnisque petunt clamoribus urbem.
Nuntius hinc socios Telamon vocat; ac simul ipsi 540
Horrescunt, subitoq; vident in sanguine puppem,
Nec minus in scopulos, crudi que cacumina saxi

Emi-

*Emicat Alcides, vinculisque tenentibus aufere
Virgineas de rupe manus: aptatque superbis*
545 *Arma humeris: regem inde petens superabat
ovante*

*Litora tuta gradu, qualis per pascua victor
Ingreditur, cum colla tumens: tum celsior artem
Taurus, ubi assueti pecoris stabula alta revisit,
Et patrium nemus, & bello quos ultus amores.*
550 *Obvia cui contra longis emissa tenebris
Turba Phrygum: parvumq; trahens cum con-
juge natum.*

*Laomedon; jam mœstus equos, jam debita posci
Dona gemit, pars aërij fastigia muri
Cingit, & ignotis iuvenem mirantur in armis.*
555 *Illum torua tuens, atque acri lubricus astu
Rex subit, & patrio fatur male letus amore:
Maxime Graiugenum, quem non Sigea petentem
Litora, nec nostræ miserantem funera Troje
Appulit his fors ipsa locis: si vera parentem*
560 *Fama Jovem, summique tibi genus esse Tonantis;
Noster ades, iunctusque venis: sator unus, & idem
Stirpis honos, quanquam longis disiungimur oris.
Quot mihi post lacrimas, post quanta placula
patrum.*

*Serus ades? quam parva tuis iam gloria factis?
565 Verum, age, nunc socios fraternis mœnibus infer,
Vi tibi, servata statui que munera prole,
Crastina lux bijuges stabulis ostendat aperitis.
Dixerat hæc: tacitumq; dolos, dirumq; volutat*

Corde nefas, clausum ut thalamis somnoq̄ gravatū
 Immolet, ereptaq̄, luat, responsa pharetra: 570
 Namq̄, bis Herculeis deberi Pergama telis
 Audierat. Priami sed quis jam vertere regnis
 Fata queat. manet immotis nox Dorica lustris,
 Et genus Aeneadū, & Troie melioris honores.
 Nos, ait, ad Scythici, Tirynthius, hostia ponti 575
 Raptat iter; mox huc vestras revehemur ad oras,
 Dona q̄, dicta feram; tum verò plura vocatis
 Annuet ille dies, promissa infida tyranni
 Jam Phryges, & misera flebant discrimina Troie.
 Panditur hinc totis in noctem carbasus alis; 580
 Litora q̄, & veteres tumulos prelabitur Ili,
 Dardaniumq̄, patrem: vigili simul omnia ludo
 Festa vident. hinc unda, sacris hinc ignibus Ida
 Vibrat, & horrisone respondent Gargara buxo.
 Inde ubi jam medijs tenuere silentia ponti, 585
 Stridentesq̄, iurvant aure: Phryxæa subibant
 Aequora: & angustas quondam sine nomine fauces.
 Ecce autem prima volucrum sub luce dehiscens
 Terruit unda ratem: vittataq̄, constitit Helle,
 Iam Panopes, Tethidisq̄, soror: jamq̄, aurea leua 590
 Sceptra tenēs: tū sternit aquas, proceresq̄, ducemq̄
 Aspicit, & placidis compellat Iasona dictis:
 Te quoque ab Hemonijs ignota per aequora terris,
 Regna infesta domus, fatisq̄, simillima nostris
 Fata ferunt: iterum Aeolios fortuna penates 595
 Spargit, & infelix Scythicū gens queritis amnem.
 Vasta super tellus, longum, ne desice cœpris,
 Aequor

- Aequor: & ipse procul, verum dabit ostia Phasi
 Hic nemus arcanum, geminaeque virentibus ara
 600 Stant tumulis: celeres hic prima piacula Phryxo
 Ferte manu; cinerique precor mea reddite dicta:
 Non ego per Stygia, quod rere, silentia ripe
 Frater agor; frustra vacui scrutaris averni
 Care vis; neque enim scopulis me & fluctibus aequa
 605 Frangit hiems; celeri exemplo subire ruentem
 Cymothoe, Glaucusque manu: pater ipse profundi
 Has etiam sedes, haec numine tradidit aequo
 Regna; nec Inois noster sinus invidet undis.
 Dixerat. & maestos tranquilla sub aequora vultus
 610 Cum gemitu tulit, ut patrii rediere dolores.
 Tum pelago vana invergens dux talibus inquit:
 Vndarum decus, & gentis Cretheia virgo,
 Pande viam, cursuque tuos age diva secundo.
 Immittitque ratem, mediasque inter volat urbes,
 615 Qua brevibus furit aestus aquis; Asiamque premens
 Effugit abruptis Europa inmanior oris.
 Has etiam terras, confertaque gentibus arua,
 Sic pelago pulsante, reor, Neptunia quondam
 Cuspis, & adversi longus labor abscedit euis
 620 Ut Siculum Libycumque, latus: stupuitque fragorem
 Janus, & occiduis regnator montibus Atlas.
 Jam juga Percotes, Pariumque, infame fragoris
 Exsuperant Pythiamque, vadis; transmissaque, pueri
 Lamsacus: Ogygii quam nec trieterica Bacchi
 625 Sacra, neque arcantis Phrygius furor invehit antris,
 Sed suus in Venerem raptat, deus illius arua

Urbe super, celsiq; vident velamina templi.
 Rarior hinc tellus, atq; ingens undique cælum,
 Rursus & incipiens alium prospectus in orbem.
 Terra sinu medio pontum iacet inter & Hellen 630
 Ceu fundo prolata maris: namq; improba cæcis
 Intulit arua vadis, longoque sub æquora dorso
 Litus agit, tenet hinc veterem confinibus oris
 Pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.
 Nec procul, ad tenuis surgit confinia ponti 635
 Urbs placidis demissa iugis: rex divitis agri
 Cyzicus: Hæmonie qui tum nova signa carine
 Vt videt, ipse ultro primas procurrit ad undas,
 Miraturq; viros, dextraque amplexus, & herens
 Incipit: O terris nunc primum cognita nostris 640
 Aemathie manus, & fama mihi major imago.
 Non tamen hæc adeo semota, neq; ardua tellus.
 Longaq; jam populis impervia lucis Eoæ;
 Cum tales intrasse duces, tot robora cerno.
 Nam licet hinc sevas tellus alat, horrida gentes, 645
 Meg; fremens tumido circumfluat, ore Propontis;
 Vestra fides, ritusq; pares, & mitia cultu
 His etiam mihi corda locis, procul efferat virtus
 Bebricis, & Scythici procul inclementia sacri.
 Sic memorat; letosq; rapit: simul hospita pandi 650
 Teæta jubet, templisq; sacros largitur honores.
 Stant gemmis auroq; thori, mensæq; paratu
 Regifico; centumq; pares primaeva ministri
 Corpora: pars epulas manibus, pars aurea gestant
 Pocula, bellorum casus expressa recentum. 655
 Atq;

Atq; ea prima duci porgens carchesia Grajo
 Cyzicus, Hic portus, inquit, mihi territat hostis:
 Has acies sub nocte refert: haec versa Pelasgum
 Terga vides: meus hic ratibus qui pascitur ignis,
 660 Subicit Aesonides: Vtinam nunc ira Pelasgos
 Efferat, & solitiis tentent concurrere furtis;
 Cunctaq; se ratibus fundat manus: arma videbis
 Hospita, nec post hanc ultra tibi praelia noctem.
 Sic ait. hasq; inter variis nox plurima dictis
 665 Rapta vices, nec non simili lux postera tractu.

